

generatio celi empirei et terre subito facte sunt et in non tempore et quia non preces sunt eas alia generatio vel corruptio corporalium aliquam deduceret nos via hec in errorem. Aristoteles de infinitate generationis et corruptionis et motus de antiquitate siue eternitate mundi. Quia igitur materia media inter illa duo creata est cum eis cutius pars corrupta erat in generatione celorum ut iam ostendi tibi. Manifestum est dissimiles ex necessitate fuisse generationes primi celi et nouem sequentias et tu scis intentionem meam in capitulo isto. quia ego non intendo hic nisi ut quodcumque dirigere te et erigere ad intelligentiam sermones propositos de generationibus istis et de fere planum sermonis ipsius ipsum etiam planum sermonis istius hoc insinuat. Si enim deus in principio creavit celum et terram cu[m] principium illud conuenientius intelligatur principium temporis aut principium operi ipsius creatoris siue operi dei. Necesse est subito creata fuisse celum et terram. quia si in punto temporis creata sunt hoc manifestum est. Si vero ante ea nihil creatum est. Similiter necesse est ipsa subito creata fuisse. Quia admodum enim perditum tibi. quoniam crearetur primus celum per partes. et a qua parte eius incepisset creator eius creationes et propter quam tamen creatio eius esset in tempore. ita ut pars post partem crearetur cum sola virtus diuina ibi operaretur. et nihil esset ei resistens aut retardans neque per corruptionem alterius corporis aut denudationem materie ipsius celi ab illa forma necessaria esset veniri ad vestitionem eius quae scienda erat forma celesti. Quare subito in materia sua et forma creatum est generatio vero ceterorum celorum quia per corruptiorem aquarum ex ipsis facienda erat. Corruptione autem corporalis omnis ex necessitate fit in tempore sicut et omnis alias motus corporalis. Sicut declarauit Aristoteles in auditu suo hoc est in libro que vocat auditum ex necessitate facienda fuit in tempore eodem quo facta est aquarum corruptione in generatione ipsorum. habet autem questione a qua parte cepit generatio celorum et verisimile quidem est ut primus celus quod appланон vocant primus creatum fuerit hoc est in prima parte diei. et deinde celum stellarum fixarum quasi in secunda parte. Tercio celum saturni et ita donec veniatur ad celum lune. quod est ultimus

nouem celorum istorum. hoc etiam requiri rere videtur ipso ordine dignitatis et nobilitatis eorum. Letum enim est quia comparatio celorum istorum est in nobilitate virtutis dignitatem ad invicem que est in altitudine et positione ipsorum et secundum alpetrangum in velocitate et tarditate motus. Non nullis etiam videtur operationes celorum et virtutes influentes esse ac descendentes a primo super secundum et etiam super omnes inferiores et ad hunc modum se habet de aliis. Quia vero ipsius esse adest et generari et generare ea videtur esse comparatio que est virtutis ad virtutem in omnibus que ordinem habet ad invicem idem videtur esse ordinem creationis siue generationis celorum qui est et virtutes eorum. Quare unumquodque eorum eo ordine quo recipit virtutem a primo et universaliter recipit et esse. Utrum igitur esse quod dixi quod inter istos nouem celos primi. id est in prima parte diei secundum creatum est appланон. Deinde celum stellarum fixarum et ita de aliis. Econtrario vero fortassis alicui videatur quoniam celi isti nouem simul omnes creati sunt. Cum enim propinquitas et elongatio nihil sit ad creatorum cum attingat a summo usque deorsum et a primo creato usque ad ultimum equaliter hoc est cum non magis sensibilis sit ei primus quam ultimus aut aliquod mediorum manifestum est non adiuuari operationem creatoris vel virtutem ipsius aut impediri siue et retardari hinc propinquitate vel elongatione. Quare non est prohibitus creator aut adiutus siue impedit vel modo et equite operari generationem siue creationem celi lunaris et cuiuscunq[ue] aliorum. cum enim ex omnibus modis suis nihil sit potius quam ad virtutem suam in celo appланон vel celo stellarum fixarum quam in celo lune aut in quo cunque aliorum hinc autem exemplum est de artifice et operatore qui per solam virtutem suam siue per seipsum solum operatur et qui nihil habet adiuentum ad operandum plus in uno loco vel materia quam in alio vel alia. Talis enim non operabitur prius in loco uno. et postea in alio. Presertim cum eius virtus aut ars non sit alligata unius operi aut unius loco aut unius materie. Sed sic potens atque liberrima et ubique et in quibuscumque volunt operari qualiter manifestum est esse virtutem creatoris qui in uno loco operatur folia in alio flores. in alio fructus. in alio semina. in alio lapides preciosos. in alio metalia. in aliis plantas. in aliis animalia.

Ec